

2.
(2)
Zweiter prüfer
/



Oh Toy.
42

Quem

Deus Ter Optimus, Maximus

Felicem faustumque esse jubeat

Dies 29, Octobr. 1709.

NARCISSI

Memoriam in Fastis recolens,

Quo ipso Die

*VIR NOBILISSIMUS ATQUE PRÆCELLENTISSIMUS
DOMINUS*

**DN. HIOB CHRISTIANUS
GEBHARD,**

Philosoph. & Medic. Doctor & Practicus felicissimus,

nec non Serenissimi Principis Arnstadio- Schvartz-

burgensis Archiater Spectatissimus,

Cum Virgine

*NOBILISSIMA ATQUE VIRTUTUM ENCOMIIS
ORNATISSIMA*

MARIA MAGDALENA,

*VIRI NOBILISSIMI PRÆCELLENTISSIMI ATQUE
AMPLISSIMI DOMINI.*

DN. GEORG. ERNEST. MEUSELII,

Philosoph. & Medic. Doctor. celeberrimi, Serenissimorum

olim Principum & Episcop. Martisburg. b. m. Archia-

tri nunc Civitat. Torgaviens. Physici

meritissimi

Filia longe dilectissima

Nuptiarum solemnia celebrare coepit,

Suspiciendus gratulandusque representatur

M. GODFRIDO STEINBRECHERO,

Illustr. Schol. Torg. Rect.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACKAR. HEMPI.



En!

Nobilissime Sponse,
Quibus Tibi obstrictus aeternum teneor,
Sancta proximæ Confangvinitatis jura
Inter congratulantium choros
Manum calamo admovere imperant.

Quid ergo?

En! in Fastis hodie suspiciendam se commendat
Memoria NARCISSI.

Fortean Floris illius notissimi;

Nunc argenteo, nunc auro colore splendescens:
Nunc in orbem, instar ocelli se diffundens:
Nunc lactea inter folia delicate pallescens:
Nunc circa summam oram croco illitam rubescens;
Nunc albæ effigie rosæ, suaviter efflorescens:
Nunc odorem jucundissimum diffundens?

Neutiquam!

Aut forte illius Juvenis formosissimi
NARCISSI

Qui in Fonte se contemplatus, formæque gratia captus
Scipsius amplexurus in fonte perit?
Valeant Poëtarum commenta!

Quis enim tam demens, tam stolidus quis?
Ut umbram omnis coloris expertem,
Nulla oculos jucunditate tangentem,
Adamasse, quin! deperisse credatur?
Quid ergo tandem?

En! in Fastis hodie offert sese
Memoria Divi NARCISSI,
Episcopi Hierosolymitani XI.

Qui Anno recuperatæ Salutis CIIC.
Pro Paschatos celebratione Concilium habuit,
Vir justusque bonusque.

At calamitatum fluctibus mox obrutus,
Mox Telis calumniarum ictus,
Mox in triennium exilium actus,
Mox Episcopatu restitutus. (*)

Mi Sponse, longe mihi æstimatissime,
Corporis animique Donis Natura te donavit,
Hinc à puero omnibus charus NARCISSUS.

Neuti.

*) Vid. Eusebius Lib. VI. cap. 7. 8. & 9. I. Baron. ad A. C. 198. 199.

Neutiquam tamen his dotibus *captus*
Umbram aut pro Junone Nubem captasti,
Nota mihi est Modestia tua.)

Quippe optime nosti
Omnia & corporis & animi Bona Donaque;
Iis si homo superbiat aut capiat,
Umbram esse, Noxam esse.

Hinc à teneris Pietatis & Modestiae Studiosus,
Ad summum Honorum apicem euectus;
At calamitatum fluctibus paulo post obrutus,
Patre, vah! Patre piissimo, indulgentissimo,
Crudeli vulnere, dolor! extincto.

Hinc cum aedes Paternae lapidesque
Sanguine b. Parentis innocentissimo madentes
Stupori, horrore, tremoreque Tibi essent,
In orbitatis solatia intendens,

Me nunquam antea visum, Lipsiae videre,

Per literas petiisti, anhelasti.

Tandem me à protectione impeditum, heic loci visitasti.

Quantum tum sanguinis conjunctissimi affectus!
Quantum tum inter plangtus mox, mox planctus amplexus!

En! DEUS solatii ac delicii fons ipse,

Mœrore prostratum animum erecturus,

Id, quod precibus ardentissimis defatigatus decrevit

Cum summa animi tui voluptate implevit:

Dum spem præter omnem & opinionem,

Me nec putante, nec cogitante,

Eo ipso, quo primum lucem aspexisti, die,

Virginum Florem

Verè NARCISSUM, virtutum Ornamentis coruscantem,

Sponsam lectissimam gremio tuo insinuavit,

Doctores Medici & Archiatri Sponsam Dulcissimam,

Doctores Medici & Archiatri Filiam amantissimam,

Doctores Medici & Archiatri Neptim Nobilissimam,

Ex illustri stirpe Cnoëffelliana oriundam,

Cui quippe Avus, Beatissimae memoriae,

Serenissimorum Potentissimorumque

Poloniae ac Sveciae Regum

ULADISLAI IV. & JOHANNIS CASIMIRI

Archiater intimaeque admisionis Consiliarius,

Tantum Regum Comes & togatus & sagatus.

Item.

Serenissimi ac Potentissimi

Regis Daniae & Norvegiae

FRIDERICI III.

Rena.

Renatus Æsculapius.

Tum

Serenissimorum R. I. Electorum
JOHANN. GEORGII I. Saxonici,

Nec non

FRIDERICI WILHELMI Brandeburgici

Redivivus Machaon:

BEATUS ANDREAS CNOEFFELIUS, Budisina-Lufatus

Philosophiæ & Medicinæ Doctor,

Per Anagramma à Viro Cl. conceptum:

Lesibus haud tantis, Civis, mea Funera fletu:

Non cecidi: sed eo Phœbus ad astra Poli.

Nimirum:

Vir ille Magnus, & DEO & Regi fidelissimus,

In Castris ad Thoronium à Rege Casimiro obsecum,

Anno Christi cl. lxx. LVII. die XXIV. Decembr.

Expiravit placidissime, beatissime,

Posteris suis documenta relicturus:

In his terrarum castris luctandum esse, pugandum

Omnibus, victrici gloriæ corona potituris.

Quocirca, Sponte Nobilissime,

Si forte in Conjugio tuo illud Poëtæ eveniat:

Pro molli viola, pro purpureo NARCISSO

Carduis, & spinis surgit paliurus acutis.

Hoc est:

Si carduis calamitatum ureris,

Si persecutionum spinis pungeris,

Cogita,

Te HIOBLIM esse, h. c. fortunæ telis expositum,

Et ut verè CHRISTIANUS,

Christo Duce, menteqve bene sibi conscia confusus,

Spera:

Non, si mali nunc, & olim sic fore.

Siquè dubia fortunæ alea animum dublum Tibi reddat,

Non modo sis GEBHART, sed etiam GEBRATH.

Votorum meorum summa est:

Deus, qui pro inscrutabili sua providentia

Sponsam Tibi adduxit & probam & honestam,

Servet conjunctionem animorum illibatam,

Servet amoris copulam irruptam:

Brevi, faciat semper:

Ut pro malorum carduis spinisqve surgat

Lætitiarum NARCISSUS.



78 M 437




TA → 06

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077



Qvem

Deus Ter Optimus, Maximus

Felicem faustumqve esse jubeat

Dies 29. Octobr. 1709.

NARCISSI

Memoriam in Fastis recolens,

Qvo ipso Die

*VIR NOBILISSIMUS ATQVE PRÆCELLENTISSIMUS
DOMINUS*

**CHRISTIANUS
HARD,**

tor & Practicus felicissimus,
ncipis Arnstadio- Schwartz-
ater Spectatissimus,
Virgine

*DE VIRTUTUM ENCOMIIS
TISSIMA*

AGDALENA,

*ÆCELLENTISSIMI ATQVE
IMI DOMINI.*

NEST. MEUSELII,

r. celeberrimi, Serenissimorum
op. Martisburg. b. m., Archia-
Torgaviens. Physici
critissimi

ge dilectissima

nnia celebrare cœpit,

andusqve repræsentatur

STEINBRECHERO,

Gl. Torg, Rect:



ORGÆ,

N. ZACHAR. HEMPI.

